



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

102. An donatio inter viuos omnium bonorum praesentium, & futurorum,
sit valida? Et quid, si adsit insinuatio? Et ex doctrina huius Resolutionis
etiam inferuntur, & notantur alij casus circa hoc & in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

6. Hinc non deseram apponere verba Villalobos in sum. c. 2. tr. 20. diff. 4. m. 11. ubi sic ait. [Aquel a quien se hizo donacion, que excede de la cantidad sin insinuacion, la puede retener con buena conciencia, entre tanto que el que la hizo no lo repite, como dize Lessio, y lo tiene por mas probable Rebello. La razon es, porque la ley que se funda en falsa presuncion no obliga en el fuero de la conciencia como diximos arriba, y estas leyes estan fundadas en esso, que se hazen para euitar las fraudes, y assi no las auiedo, no obligan. Y estas leyes no intentan obligar al donatario a que restituya de su voluntad: porque esto no pertencia al bien comun, sino que restituya si quisiere el que hizo la donacion, o sus herederos: porque no hazen al donatario inhabil. Y no obsta que en las dichas leyes se dize, que las tales donaciones se juzgan por irritas: porque segun la doctrina comun, que traen Coutarruias, y Nauarro, quando la ley de tal manera se haze por el bien comun, que mas principalmente mira al bien particular, y vtilidad de los subditos, pueden ellos entonecs renunciar el fauor, segun vna ley. Y assi la tal ley no se dize propriamente, *inhibens filios, imediens contr. actum*, y por esso se pueden confirmar con iuramento, y assi en el fuero interior tengo por cierto, que se puede renunciar. Sic ille.

7. Et idem ex his apparere me recte olim consuluisse, male à Confessario scrupuli penitenti iniectam fuisse, qui possidebat aliqua bona ex donacione, abiq; insinuacione. Vnde sententiam Hurtadi nominatim impugnatur Machadus de perfid. Confess. 10. l. lib. 3. p. 5. tr. 9. docum. 5. n. 6. sic asserens [Finalmente se hà de aduertir, que comunemente afirman los Doctores, que el donatario puede en conciencia retener el exceso de la donacion non insinuando, mientras que el donante, o sus herederos no le pidieren en juicio, y por sententia en su fauor le confignan; porque las leyes que se fundan en falsa presuncion no obligan en conciencia; y estas leyes estan fundadas en las, que se hizieron por euitar las fraudes; y assi no auiedo las no obligan. No obstante, que Hurtado es de contrario parecer, fundado en que siendo nula la donacion quanto al exceso, no se halla titulo con que se pueda retener en conciencia.]

8. Et nostram sententiam puto veram, etiamsi donator ignoret se posse repetere, quia donatarius non tenetur illi dicere cum suo incommodo, sed potest retinere rem, donec aliunde recipiat. Et ita docet Trullench in Decal. 10. 2. lib. 7. c. 7. dub. 10. n. 2.

RESOL. CII.

An donatio inter vivos omnium bonorum, presentium, & futurorum sit valida?

Et quid, si adsit insinuatio?

Et ex doctrina huius Resolutionis etiam inferuntur, & notantur alij casus circa hoc, & in exemplum superadietae questionis adducuntur. Ex part. 8. tr. 6. Res. 38.

§. 1. **C**onueniant Doctores, donacionem inter vivos omnium bonorum, tam presentium quam futurorum, iure communi esse inuvalidam, etiamsi adsit insinuatio, vt constat ex stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Et ita docet Bartolus, Angelus, Castrensis, Alexander, Iason, Ripa, Crotus, & alij, in stipulatio hoc modo concepta 61. ff. de verb. oblig. Baldus, Fulgofius, & ceteri, in l. finali, C. de part. 10. Dilecti. Durant. in tr. de art. testand. Titio, cautel. 2. num. 2. Clarus in d. §. donatio, q. 19. Mozzius d. tr. de reb. qua don. poss. n. 6. Fachinaeus lib. 6. controver. iur. cap. 87. Alexander, Trentacinquius, lib. 3. res. 3. de don. Modestini. Pistor. lib. 1. conf. 19. nu. 1. Gutierrez in tr. de iur. confirmat. p. 1. c. 11. n. 16. Bronchorst. censur. iur. iur. iur. assert. 71. Olemaun. ad disp. 12. Giphanijs. 2. alijque per illos citati. Vide etiam Klo-

exium tr. de contribut. c. 12. n. 221. Et ratio est, quia per talem donacionem donans reddatur ad testandum inhabilis. Et hanc sententiam, praeter Doctores citatos, tenent etiam alij, quos sequitur Valboa de Mogrojejo in c. presentia. §. de duobus, n. 70. Et Antonius Graña. n. 6. cum Gaspare Klochio in tr. de contribut. c. 12. n. 122.

2. Sed pro affirmatiua sententia adducitur textus in l. in adibus, §. 1. de don. l. spem. 3. C. eod. & l. frerum. 3. C. de don. qua sub modo, & c. Quin quidquid naturale, quidquid concessum, & permittum est legibus, id semper, & in infinitum intelligitur concessum, & licitum, nisi in quantum vicissim a legibus & moribus est restrictum, argum. i. Gracchus. 4. C. ad l. Jul. de adult. at nos posse donare res nostras, est naturale, §. per traditionem. 40. sup. de ver. diuis. & legibus concessum, tot. iij. ff. C. de don. l. in re mandata. 21. C. mandati, l. nemo. 2. Cod. de iudic. c. vnic. per quos fiat inuest. lib. 2. feud. tit. 3. Ergo & semper & in infinitum donare possumus, nisi in quantum a legibus hoc ius reperitur restrictum. Iam vero nullibi in toto iure legitur ius donandi restrictum ad omnia praesentia tantum bona, quasi scilicet omnia praesentia non etiam futura donare possumus. Praeterea explorati iuris est, quod res futura possunt obligari, l. fin. C. qua res pignori obligari poss. Ast vbi obligatio concessa, ibi & alienatio permilla intelligitur, l. vlt. Cod. de reb. alienis non alienandis. Quia per oppignorationem peruenitur ad alienationem, l. 2. & l. 3. ff. de distract. pign.

3. Nec huic assertioni quidquam obstat, quod obijciatur, per donacionem vniuersorum, adeoque etiam futurorum bonorum liberam voluntatem, siue ius testandi, cum nihil donator habeat de quo in testamento disponere possit, & sic publicum tolli, l. 3. ff. qui testam. fac. poss. quod tamen maxime aduertum sit legibus, & contra bonos mores, l. pallum 15. C. de part. l. ius publicum 38. ff. eodem. Primum enim in arbitrio cuiuslibet est, testari velle, aut nolle, argum. l. 1. ff. qui testam. facere possunt. Ideoque qui omnia sua bona alteri donat, testamentum non videtur facere velle; ac proinde etiam dici non potest, quod eius voluntatem faciendi testamentum donatio isthaec tollat, aut impediatur. Priuatio siquidem habitum praesupponit, lege, man. unis. 4. ff. de inst. & iur. l. decem stipularum. 116. ff. de verborum obligationibus, lege non potest. 208. de regulis iuris. Deinde, quamuis nihil quis habeat proprij, tamen testari potest, videlicet de reb. alienis, puta comodatis, precario acceptis, & c. vt probat tit. ff. pro herede. & c. Et scribit disertè Iulius Clarus lib. 5. receptorum sententiarum. §. testamentum, quest. 23. num. 3. testamentum & hereditatem vtique considerari, etiam in eo, qui nihil in bonis relinquunt: neque id prorsus esse sine vtilitate. Nam qui potest (inquit ille) testari, poterit (licet ipse nihil habeat in bonis) substituere filio suo pupillariter, qui tamen facere non potest testamenti factionem, l. 2. ff. de vulg. par. & pupil. substitut. Item poterit dare tutorem filijs, quod pariter fieri non potest, nisi in testamento, aut codicillis testamento confirmatis, l. 3. ff. de testam. tutel. Bona igitur propria ad testamenti factionem precisè non requiruntur. Praeterea illi actus, & factiones iure improbantur, quae directè libertatem & facultatem testandi impediunt, vel alicui praecipunt, l. stipulatio hoc modo. 61. ff. de verborum obligat. dicta lege, pallum. 15. Cod. de part. leg. ex eo instrumento, 4. Cod. de iuribus stipulationibus: qualis pactio, aut actus non est donatio. Quandoquidem per indirectum, & consequentiam tantum donatori testari nequit: quod tamen in considerationem venire non debet, l. 1. ff. de auctoritate & consensu tutorum, & curatorum. Sic etiam potest pater familias arrogari. §. 1. supra de adopcionibus, in generali Monasterium, Nouell. 5. de Monachis, & vendere lemetipsum, §. serui, 4. vers. aut iure civili. supra de iur. pers. l. & serui. 5. §. 1. ff. de statu hominum: & tamen huic tribus actibus consequenter testamenti factio perditur.

in ius sit. sup. quibus non est permittum facere testament. l. qui in potestate. 6. ff. qui testamentum fac. poss. Authent. ingressi. C. de sacros. Eccles. §. illud. 12. supra de adoptionib.

4. Et ita hanc sententiam docet Io. Corafius lib. 6. miscell. lul. ciuil. c. 17. Bocerus in comment. de don. cap. 3. n. 39. & seq. edit. 2. Humnius lib. 2. var. res. lur. ciuil. r. 4. g. 7. Vaudus lib. 1. q. 3. 1. Atumæus exercit. Iustin. 6. thes. 15. Alcianus ad l. final. n. 71. C. de pact. Mascardus in r. de prohibitionib. 3. concl. 11 20. Matthias Stephan. cent. 2. q. 47. ad lit. B. Ant. Faber p. 2. de error. prag. decad. 4. 8. error. 6. huiusque strenuus assertor Schifordigherus lib. 1. r. 1. q. 1. cum seqq. Obrechtus disp. 2. de don. thes. 9. & seq. Hecon. disp. 6. controu. 12. Gallius lib. 2. obseru. 11. n. 10. Fortierium in lib. sing. de don. c. 2. n. 227. pag. 347. cum seqq. Iungerman. exercit. Iustin. 7. q. 5. pag. 297. & seq. edit. col. Paulus Borelli. disp. 5. ad inst. them. 2. q. 2. & Quintinus Kubach. cent. 2. quæst. illustr. po. irico in iudic. decur. v. lim. 2. 1. & alij.

5. Verum his non obstantibus, puto non esse recedendum à priori sententiâ negatiua, quam communiter tenent Theologi, vt Bauius in Theol. mor. 10. 2. lib. 2. r. 4. q. 22. Hurtadus disp. 11. diff. 4. Lessius lib. 1. c. 18. dub. 1. 3. n. 93. Molina 10. 2. disp. 28. c. n. 1. Rebellius lib. 18. q. 7. n. 4. Emanuelè Sà v. Donatio, n. 17.

6. Hinc inferitur Primò cum Dicastillo de iust. lib. 1. r. 5. dub. 3. n. 48. quòd si quis omnia bona sua præsentia donet, valet donatio; reliquit enim sibi futura, de quibus restari potest. Est communis sententiâ prædictorū Doctorum. Secundò, si quis simpliciter donat omnia bona sua, non comprehenduntur futura; & propter eandem rationem valet donatio, si tantum omnia bona mobilia, aut immobilia; manent enim futura, de quibus possit testari, imò in ea donatione non videntur comprehendere iura, & actiones. Tertiò si quis simpliciter donet omnem suam hereditatem, non valet donatio, quia nomine hereditatis intelliguntur bona, quæ quis tempore sui obitus reliquit, ac proinde præsentia, præterita, & futura. Quariò, qui donauit omnia bona præsentia, & futura, referens sibi vsum fructum, hoc expresso, vt possit de eo suo arbitratu in vita statuere, non valet donatio, quia id quod referatur ex donatione; cum tantum sit in vita, non relinquit potestatem donandi. Si verò simpliciter referant sibi vsum fructum, valet donatio, quia de illo potest restari.

7. Nota etiam, quòd si Petrus Antonio omnia sua bona donauit, tam præsentia, quam futura, & Antonius Petro mutua donatione. Asserto neutram donationem esse validam, si successura, & independentes. Valere si sint simplex contractus, nunc enim testandi potestas non tollitur, quia tametsi Petrus quæ aut habet, aut sua industria, aut iure acquirere possit, legare tamen poterit, quæ ex donatione Antonij acquirit. Et ita docet Car. muel. in Theol. mor. lib. 2. c. 625.

8. Dico etiam, quòd si duo fratres sibi inuicem donent inter viuos omnia bona præsentia, & futura, valet donatio fauore agnationis, videlicet causa eam tuendi, & conseruandi. Ita Rebellius lib. 18. q. 8. n. 3.

9. Notandum est tamen hic obiter valere donationem omnium bonorum præsentium & futurorum, factâ contemplatione ingressus Religionis, vt tradit Sanchez in summ. 10. 2. lib. 7. c. 1. n. 19. & Ladeceus conf. 473, quia habet tacitam conditionem si professio sequatur, per quâ tollitur libera testandi facultas. Sicut donatio causa mortis omnium bonorum præsentium & futurorum, valet, quòd non tollat liberam testandi facultatem.

RESOL. CIII.

An in foro conscientia donatio omnium bonorum, (vt supra) possit à donatario reuocari? Et quid, si exigatur ab ipso donatore, vel heredibus?

Et an supradicta donatio sit contra bonos mores, ac proinde iuramento firmari non possit?

Et quid, si quæras, an donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum possit esse valida, si Principis auctoritate firmetur? Ex p. 8. t. 6. Rel. 39.

§. 1. Affirmatiuè respondet Caspensis in Curs. Theol. r. 2. r. 19. disp. 2. sect. 2. n. 19. vbi sic ait. Donatio omnium bonorum, præsentium & futurorum, iure communi est inualida, tanquam contraria bonis moribus, quia per talem donationem homo aufert sibi potestatem testandi, nisi talis donatio fiat Ecclesiæ, vel in aliquam piam causam; tunc enim non potest celsari contra bonos mores, nec ius ciuile, quo talis donatio prohibetur, potest impedire officia pietatis. In foro verò conscientia talis donatio valet, & tenet, vt docet Rebellius lib. 18. q. 8. vbi ait. Si nulla concurrat vis, nec fraus, nec iniuria creditorum, nec aliquid aliud per quod aliquod præiudicium fiat alicui, nec etiam donator remaneat in penuria, & paupertate ad se alendum, his cessantibus non peccare mortaliter donatorem faciendò talem donationem, vel eam iurando, nec similitèr donatarium eam acceptandò.

2. Nec obstat, quòd talis donatio est contra bonos mores, ac proinde iuramento firmari non posse, quia lex, quæ ipsam prohibet, est iustissima, & in re graui disponens, Nam, vt rectè Lessius lib. 1. c. 8. dub. 1. hæc donatio non est contra bonos mores, sicut id quod est illicitum; sed solum quia expedit in Republica passim esse libertatem testandi. Vnde cum absque vilo peccato possit omnia sua donare, si iuramento promittat se non reuocaturum, valet donatio. Ex quo fit, donationem omnium bonorum præsentium tantum validam fore, quia non adimit sibi potestatem restandi de futuris, & similiter si donator referret sibi aliquid ex bonis suis, saltem vsum fructum quia de hoc testari poterit. Ita Caspensis.

Et Dicastillus de iur. iura lib. 2. tract. 5. disp. 1. dub. 3. numero 61. sic asserit. Vtrum autem acceptum per donationem omnium bonorum retinere possit in conscientia, distinguendum est. Nam vel exigitur à donatore, vel non exigitur: si exigitur ab illo, vel heredibus, tenetur restituere: si verò non exigitur, non tenetur. Hæc Dicastillus, quæ valde notanda sunt à Confessariis, pro tollendis scrupulis.

3. Non desinat tamen hæc apponere verba Valerij in differentiis vtriusque fori, vbi v. Donatio, different. 9. sic asserentis. In foro verò conscientia talis donatio valet, & tenet, secundum Rebellum de oblig. iust. 2. part. lib. 18. q. 8. n. 1. Ait enim. Si nulla concurrat vis, nec fraus, nec iniuria creditorum, nec aliquid aliud per quod aliquod præiudicium fiat alicui, nec etiam donator remaneat in penuria, & paupertate ad se alendum; his cessantibus, arbitrari se, non peccare mortaliter donatorem faciendò talem donationem, vel eam iurando, nec similitèr donatarium eam acceptandò, licet venialiter peccauerint, contrarièndo legi prohibenti tales donationes: & consequenter non teneri donatarium in conscientia ad restituendum dicta bona, quandiu donator in eadem voluntate persistit, cum volenti ac consentienti non fiat iniuria, nec sit obtrudendum quod non vult accipere, licet iure possit.

4. Nota hoc dictum, quia singulare. Faciunt notata, verb. Debitum, differentia 5. in fine. & verb. Hereditas, differentia 5. & verbo Restitutio, differentia 14. Ego verò non arbitror posse simpliciter cum eius opinione, prout facit transiri. Nam primam partem, quâ habet non peccare lethali ter contrarièndo præfata legi, etiam cum iuramento, falsam esse censo: si enim talis donatio est contra bonos mores, ita vt iuramento firmari non possit, & consequenter lex quæ ipsam prohibet, est iustissima, & in re graui disponens, necessariò faceri debemus, teneri vniquèq; sub peccato mortali ad eius obseruatiã.

Hh 3 per

Sup. hoc in res. not. seq.

Sup. hoc eundem sistimè cum Rebellio in §. præterito huius res. ad medium. & latè in frâ lit. res. 107.